



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinque

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

6 Vtrum in nomine Christi poßit dari Baptismus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

ARTICVLVS VI.

Vtrum in nomine Christi possit dari Baptismus.

4. dist. 3. ar. 1 q. 2 ad 3. Et 1. co. 1. loc. 2. col. 4.

Lib. 1. c. 3. antemed. 10. 5.

De conse. d. 4. c. a quoda. Iuda.

Li. 1. de Spi. ritu S. c. 3. antemed. 10. 2.

De consecra. d. 4. c. p. 30. Sereuera.

In 1. a paulo a prin. habe. tur bic lib. 1. in fin. operu. Hiwot.

Art. 1. huius quest.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod in nomine Christi possit dari Baptismus. Sicut enim vna est fides, ita est vnum Baptisma, vt dicitur Ephes. cap. 4. Actor 8. dicitur, quod in nomine Christi baptizabantur viri & mulieres. Ergo nunc etiam potest dari Baptismus in nomine Christi.

2. Præterea, Ambrosius * dicit: Si Christum dicas, & Patrem, & quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est, Filium, & Spiritum S. quo vnctus est, designasti. Sed in nomine Trinitatis potest fieri Baptismus. Ergo & in nomine Christi.

3. Præterea, Nicolaus Papa * ad consulti a Bulgarorum respondens, dicit: Quia in nomine sancte Trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in Act. Apostolorum legitur) baptizati sunt (vnum quippe idemque est, vt sanctus ait Ambrosius *) re-baptizari non debent: & baptizarentur autem, si in hac forma baptizati sacramentum Baptismi non reciperent. Ergo potest conferri Baptismus in nomine Christi, sub hac forma, ego te baptizo in nomine Christi.

Sed contra est, quod Pelagius Papa * scribit Gaudentio Episcopo: Si hi, qui in locis dilectionis tue vicinis commorari dicuntur, se solummodo in nomine Domini baptizatos fuisse confitentur, sine cuiuscumque dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam venientes in sancte Trinitatis nomine baptizabis. Dydimus etiam dicit * in libro de Spiritu S. Licet quis possit existere (saxet vt ita dicam) cordis, & penitus mentis alieni, qui ita baptizari conetur, vt vnum de præceptis nominibus (scilicet trium personarum) prætermittat, tamen sine perfectione baptizabit.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut supra dictum est *) sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si prætermittatur aliquod eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret, nisi ex speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramentum Baptismi dari, cum inuocatione Trinitatis. Et ideo quicquid desit ad plenam inuocationem Trinitatis, tollit integritatem Baptismi. Nec obstat, quod in nomine vnius personæ intelligitur alia (sicut in nomine Patris intelligitur Filius) aut quod ille, qui nomen vnam solam personam, potest habere rectam fidem de tribus: quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis. Vnde non sufficit intellectus vel fides Trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis Trinitas exprimat. Vnde & in Baptismo Christi (vbi fuit origo sanctificationis nostri Baptismi) adfuit Trinitatis in sensibilibus signis, scilicet Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus S. in columba.

Ad primum ergo dicendum, quod ex speciali Christi reuelatione Apostoli, in primitiua Ecclesia in nomine Christi baptizabant, vt nomen Christi (quod erat odiosum Iudeis & Gentilibus) honorabile redderetur, per hoc, quod ad eius inuocationem Spiritus S. dabatur in Baptismo.

Loco citato in arg. 2

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius assignat rationem, quare conuenienter talis dispensatio fieri potuit in primitiua Ecclesia: quia scilicet in nomine Christi, tota Trinitas intelligitur. Et ideo seruabatur ad minus integritate intelligibili forma, quam Christus tradidit in Euangelio.

Loco citato in arg. 3

Ad tertium dicendum, quod Nicolaus * Papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo eius responsio patet expressis duabus solutionibus.

COMMENTARIVS.

Respondet D. Thomas, hanc formam, Ego te baptizo in nomine Christi, non esse sufficientem formam, seclusa dispensatione, quia non est iuxta Christi Domini institutionem. Addit vero in solutionibus argumentorum, Apostolos speciali dispensatione

ne interdum baptizasse sub illa forma, atque ita exponit Nicolaum Papam & Ambrosium. Quæ doctrina, quoad hanc posteriorem partem difficilis valde est, & ideo specialem de illa quaestionem sequenti disputatione instituemus.

DISPVATIO XXI.

De forma Baptismi.



SVpponendum est contra hæreticos huius temporis, de necessitate Baptismi esse determinatam formam verborum vt supra in genere ostensum est, disp. 2. sect. 1. & 3. Quo supposito, explicandum à nobis est, quæ sint ista verba, vbi duo declaranda sunt, scilicet, quæ sufficiant, & quæ necessaria sint.

SECTIO I.

Vtrum hæc sit sufficiens & necessaria forma Baptismi. Ego te baptizo in nomine patris, & Filij, & Spiritus sancti.

DVO possunt excogitari circa hanc formam extremi errores. Primus est hæreticorum huius temporis (vt quidam referunt ex Brentio & alijs, qui negant, illam formam esse sufficientem, nisi Catechismus præcedat seu doctrina, quæ baptizandus instruat de fidei mysterijs: quia Christus Dominus, Matthæi vltimo, antequam diceret, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, præmitte, Docete omnes Gentes. Vnde colligunt illam doctrinam esse de essentia Baptismi, non minus, quam cetera verba. Sed hic error sufficienter refutatur ex his, quæ in prædicta disputatione de sacramentis in genere diximus, vbi ostendimus, non verbum cõnsecratorium, sed consecratorium esse de essentia sacramenti, quod etiam sufficienter constat ex traditione & praxi Ecclesiæ, ex qua etiam sufficienter intelligitur, verbum illud, Docete omnes Gentes, non pertinere ad ipsam sacramenti constitutionem seu administrationem, sed ad dispositionem, quam ministris fidei, & sacramentorum præmittere debent, vt homines ad sacramentum suscipiendum & illiciant & præparent. Secundus error extreme contrarius esse potest, hanc formam aliquid continere superfluum, aut substantiæ sacramentum contrarium. Hic error tribui potest Græcis, qui, prout colligitur ex capite vlt. de Baptismo, quod sumptum est ex Concilio Lateran. sub Innoc. 3. capite 4. existimant, esse contra veritatem huius sacramenti, quod in hac forma exprimat persona ministrum, & actus baptizandi, prout ab illa procedit. Quia per huiusmodi formam tribuitur hoc sacramentum ministro, tanquam authori eius. Omittit errores alios, qui circa mutationem huius formæ fuere, de quibus in sequentibus sectionibus commodius agam.

Dico primo, prædictam formam, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, esse sufficientem ad hoc sacramentum constituendum. Est conclusio de fide, definita in Concilio Florent. in Decreto Eugenij, & sumitur ex Concilio Trident. sessio 7. Cano. 3. de Baptismo, vbi Anathema dicit in eum, qui dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium mater est, & magistra, non esse veram de Baptismi sacramento doctrinam. Quod generatim de omnibus sacramentis traditur, in cap. Ab abolendam. de hæreticis, cum ergo Ecclesia Romana & hoc doceat, & vtatur hac forma, vt sufficienti, certum deesse est, eam sufficere, alioqui esset in Ecclesia intolerabilis error in doctrina, & vsu sacramenti, maxime ad salutem necessarij. Ratio vero sumitur ex Christi institutione, quæ colligitur ex illis verbis, Mat. vltimo: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus S. quæ ita Ecclesia intellexit, & Patres omnes, quos retuli supra, disputat. 2. sect. 3. Congruentia

entia vero sufficiens est, quam tradidit D. Thom. in articulo 3. & alias fufius explicabimus in fequentibus fectionibus declarando fingulas particulas huius forme.

Dico fecondo, hanc formam quoad fignificationem feu fubftantialem fenfum, elle fimpliciter neceffaria ad hoc facramentum conficiendum. Hæc concludio recte intellecta fequitur ex præcedenti. Primo, quia illa forma, que est à Chrifto inftituta, non folum est fufficiens, fed neceffaria: fed hæc forma est à Chrifto inftituta, vt oftentum est: ergo. Secundo, quia forma fufficiens ad facramentum, licet materialiter, & in fono verborum poffit elle multiplex, tamen formaliter, id est, in fignificatione & fubftantiali fenfu, neceffario debet elle vna: quia facramentum Baptifmi vnum & idem est in vniuerfa Ecclefia: ergo, fi illa forma est fufficiens, erit etiam neceffaria in fenfu explicato.

Concludio. Dixi autem, quoad fignificationem & fubftantialem fenfum: quia certum est, illam formam, quoad illa materialia verba, non elle fimpliciter neceffariam. Primo quidem, propter generalem doctrinam fupra traditam, difput. 2. quoad accidentalis mutatio verborum, quando non mutatur fubftantialis fenfus, non est contra veritatem facramenti. Secundo, quia certum de fide est, formã, qua Græci vtuntur, Baptizetur N. feu feruus Chrifto in nomine Patris, & Filij, & Spiritus fancti, elle fufficientem: nam licet multi dubitauerint de veritate Baptifmi fub hac forma traditi, vt D. Thom. refert in 4. d. 3. quæft. 2. art. 2. quæftio. 2. ad 1. adeo vt Sylueft. verbo, Baptifmus 1. in fine, dicat talem Baptifmum elle fub conditione iterandum: tamen poft Concilium præcipue Florentinum, certum est, illam formam elle fufficientem. Et quidem merito: nam Ecclefia Græca habet vifum illius forme antiquiffimum. Vnde credibile est à fanctis Patribus & Epifcopis Catholicis illum accepiffe. Neq; est credibile, totam illam Ecclefiam caruiffe vero Baptifmate, alioqui reliquis facramentis omnibus, verisque Sacerdotibus, ac Epifcopis caruiffet, quod est abfurdum, & contra id quod vniuerfa Ecclefia Romana fenit. Nam quando Græci à Schifmate ad obedientiam Romane Ecclefie redeunt, nec baptizantur iterum, nec fi Sacerdotes, vel Epifcopi fint, iterum ordinantur, ac conſecrantur, fed in fuo gradu, & Ordine recipiuntur: ergo hæc omnia vere, & rite apud illos perficiuntur: ergo cum omnia pendant ex veritate & fufficientia illius forme Baptifmi, dicendum neceffario est, illam formam elle fufficientem, & confequenter in illa contineri Chrifto inftitutum, atque adeo in fubftantiali fenfu elle eandem cum noſtra. Quis fit autem hic fubftantialis fenfus, per fectiones fequentes melius exponemus.

SECTIO II.

Verum de neceffitate huius forme fit, vt in ea exprimantur actus baptizandi, & perfona, qua baptizat, & que baptizatur.

Concludio. Dico primo, De neceffitate huius forme est, vt in ea exprimatur actus baptizandi. Concludio est de fide, quam inſinuat Concilium Florentinũ fupra in illis verbis: Si exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum fanctæ Trinitatis inuocatione perficitur facramentum. Sentit ergo vtrumq; elle neceffarium. Clarius Alex. 3. in c. 1. extra. de Baptifmo, vbi ſic inquit: Si quis puerum in aqua immerſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus fancti, & non dixerit: Ego te baptizo, non est puer baptizatus, eſt ergo neceffaria prolatio illius verbi, Baptizo, quatenus per illud exprimitur, feu ſignificatur actus baptizandi. Ratio vero ſumitur ex verbo Chrifto: Baptizantes eos, Dices, Chriſtus his verbis non præcepit, quid dicendum fit, fed quid fit agendum, cum

hoc facramentum datur: ergo fatis implent miniſtri facramentorum hoc præceptum opere, & (vt ita dicã) actu exercito, lauando eos, quos baptizãt, quamuis verbis non dicant ſe baptizare, neq; aliquo alio verbo expriment actum lauandi, quem exercent.

Reſpon. Reſpondetur, hoc argumẽto pari ratione poſſe probari, nec Trinitatis inuocationem, neq; alicuius verbi prolationem elle de neceffitate huius facramenti: quia ſi Chrifto verba nude, ac rigoroſe, prout in cortice ſonant, ſumantur, non videntur cogere miniſtros huius facramenti, vt verbis expriment, quod faciunt, fed ſolum vt opere faciãt, ſicut, cum eiſdem dixit ibidem, Docete omnes Gentes, non eis præcepit, vt dicerent, ſe docere, fed vt docerent: & cũ alibi dixit, Hoc facite non eis præcepit, vt dicerẽt, ſe conſecrare, ſed vt conſecrarent. Dicendum eſt ergo, fenſum præcepti, & verborum Chrifto ex doctrina & vſu Ecclefie elle ſumendum, ex quo conſtat, Ecclefiam ab Apoſtoliſ edoãtam, hoc fenſu ſemper intellexiſſe verba Chrifto: ergo & Chriſtus in hoc fenſu locutus eſt, & Apoſtoli ita verba eius intellexerunt, ſicut traditio explicuit. Qui fenſus optime etiã quadrat verbis Chrifto. Nam, vt infra dicam, cum Chriſtus ait: In nomine Patris, & cætera, dupliciter explicari poteſt, vno modo, id eſt, in virtute, & fide Trinitatis, ſicut ipſe dixit, Marci cap. 14. In nomine meo dæmonia eiſcient, & Matthæi 15. Ego veni in nomine Patris mei, & Ioan. 21. Vt credentes vitam habeatis in nomine eius. In quo fenſu non eſſet neceſſaria exterior prolatio Trinitatis, fed ſolũ intentio operandi in virtute & fide eius. Alio modo poſſunt recte exponi illa verba, in nomine Patris, & Filij, & cætera, i. e. verbis ipſis inuocando & proſtendo fidẽ Trinitatis: & hic eſt verus ſenſus verborũ Chrifto, vt ex Patrib. infra oſtendemus: & ex circumſtantijs illius loci conſoci poteſt. Nam Chriſtus ſibi tradebat ritum ſeruandum in facramento Baptifmi: & ideo, nõ tantum docet, qua fide, & virtute tradendum fit, fed etiam, qua forma, & verbis fit conſecrandum. Sicut ergo inuocatio Trinitatis intelligitur verbis miniſtri faciendã: ita etiam actus baptizandi verbis miniſtri eſt explicandus. Primo quidem, vt inuocatio Trinitatis ipſi actui baptizandi applicetur, atq; ita determinetur ad ſacramentalem vſum, vt Diuus Thomas hic notaui, articulo 5. ad 2. Secundo, vt per formam ſignificetur effectus facramenti mediante actione miniſtri, que eſt materia proxima facramenti. Tertio, vt ſignificatio totius forme fit expreſſior & clarior, & aliquem delinitum ſenſum reddat. Nam ſi ſolum diceretur, In nomine Patris, & Spiritus fancti, illa verba per ſe ſumpta nullum ſenſum determinatum redderent.

Querunt vero hoc loco Scholaſtici, an neceſſe ſit exprimere hunc actum per illud verbum, Baptizo: vel ſufficiat aliud æquiualens, vt abluo, tingo, vel ſimilia. Quam rem late tractat Soto in 4. d. 3. quæſt. vnicã, art. 5. ad 1. Sed ſi obferuentur, quæ ſupra dicta ſunt de ſacramentis in genere circa mutationes formarum, quæ hic repetenda non ſunt, nihil hoc loco addere neceſſe eſt: ſed ſolũ obſeruare primũ, (ſi mutatio fiat) an verbum ſit ſynonymum vel æquiualens, ita vt vere ſignificet actum abluendi, ſeu lauandi. Nam ſi verbum ſit huiusmodi, mutatio erit accidentalis, quia nõ obſtante forma, erit ſufficiens ad facramentum conſtituendum: quamuis ſignificatio vocis non ſit omnino eadem, quia fatis eſt, vt in ordine ad ſignificandum actum lauandi æquiualeat. Et huiusmodi ſunt hæc voces, abluo, lauo, intingo, & ſimiles. Si autem verbum non retineat hanc ſignificationem, non erit ſufficiens, vt per ſe conſtat ex principijs ſupra poſitis. Quãdo autem verbum ſit huius, vel alterius ſignificationis, ex vſu & peritia vniuſcuſque lingue petendum eſt. Et ideo ſecundo obſeruandum, vt ſemper retineatur verbum Baptizo, quo Ecclefia vtitur, ita vt licet contingat aliquem proferre

Reſpon.

Duplex verborum Chriſti ſenſus Marci 14. Matth 23. Ioan. 21.

Dubitat.

Reſpon.

Reſpon.

Secundũ.

proferre formam in sua lingua vulgari, quia Latina ignorat, melius faciet exprimendo actum per verbum baptizandi, quam per aliud verbum Hispanicum, vel huiusmodi, quod ablutionem significet: quia verbum illud magis est certum, & indubitatum. Et quamvis Graecum sit, tamen ex usu accommodatum iam est, tam Latinae linguae, quam cuiuslibet vulgari: & fortasse ideo retentum est ab Ecclesia Latina, vt illud verbum esset certum, & quasi definitum ad communem usum.

Alia dubitatio.

Respondetur.

Rursus inquiri potest circa hanc assertionem, an sit de necessitate huius formae, vt actus baptizandi exprimat per verbum indicatum actuum, vel passiuum, quale est, Baptizo te, aut baptizaris, vel baptizatur, aut per modum imperatiui, baptizetur. Respondetur, neutrum ex his modis esse essentialem, aut simpliciter necessarium, sed quemlibet eorum sufficere, quantum est ex necessitate sacramenti, dum modo actus baptizandi significetur, vt actu exercitus: quod ideo addo, quia si quis dicat, baptiza Petrum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, illa non esset sufficiens forma, quia non significat ablutionem, vt actu exercitum sub tali forma, sed vt alteri imperatum, seu vt exercendam ab alio. Reliqui autem modi sufficientes sunt, quia satis significant actum exercitum praedicto modo. Et de verbo actiuo & indicatiuo constat ex usu Ecclesiae Latinae: de passiuo vero, quia reddit eundem sensum: de imperatiuo autem, baptizetur, aut alio simili constat ex forma Graecorum, quae, vt ostendimus, sufficiens est. An vero sit necessarium, hanc actionem in singulari exprimi, vel possit proferri in plurali, scilicet, Baptizamus, &c. dicemus disput. 23. sect. 3.

Conclusio.

Dico secundo, Non est de essentia huius formae, vt in ea exprimat persona ministri. Est certa conclusio. Quae probatur: nam in primis constat non esse necessarium exprimere personam ministri per illud pronomen, Ego, vt Diuus Thomas hic docuit, & significauit Zacharias Papa in capit. Retulerunt de consecr. dist. 4. & bene etiam notauit Glossa in c. 1. de Baptismo, vbi Pontifex dicit, non fieri Baptismum, nisi quis dicat, Ego te baptizo, &c. Sed ibi solum intendit docere, actum baptizandi esse exprimendum in forma, vsus autem est illis verbis, quia illa sunt in communi usu Ecclesiae Latinae, non quia pronomen illud sit simpliciter necessarium, maxime cum in ipso verbo Baptizo, implicite contineatur, & quoad sensum idem sit dicere, Baptizo te, ac, Ego te baptizo. Vterius vero addendum est, etiam hoc implicito modo non esse necessarium indicari personam ministri, vt constat ex forma Graecorum, Baptizetur seruus Christi, &c. Nam vt notat Soto supra d. art. 5. ad 1. Graeci illis verbis non subintelligunt personam ministri, ita vt sensus sit, Baptizetur a me, nam potius ipsi dicuntur vt haec forma, ne viderentur sibi attribueri Baptismum, & ideo potius intelligunt, Baptizetur seruus Christi a Christo, vel a Deo, aut simpliciter ab eo, qui auctoritatem & efficaciam habet baptizandi: ergo ex vi talis formae non exprimitur vlllo modo persona ministri, & tamen est sufficiens, ergo expressio ministri in forma non est simpliciter necessaria. Quod etiam docuit Concilium Florentinum supra. Et rationem reddit, quia cum minister sit tantum causa instrumentalis, non est simpliciter necessarium, illam exprimere in forma: maxime cum ex institutione Christi id non colligatur: neque ex vniuersali Ecclesiae traditione. Nam licet Latina Ecclesia hoc obseruet, non tamen Graeca, quae in hac parte non arguitur erroris ab Ecclesia Latina. Sed dicunt alij, quamuis non sit de necessitate sacramenti absolute, & simpliciter ac in omni loco exprimere in forma personam ministri, tamen in Ecclesia Latina hoc esse necessarium, propter receptam in ea consuetudinem. Vnde colligunt, si in Ecclesia Latina aliquis baptizet forma Graecorum

Obiatio.

non conficeret sacramentum. Ita refert D. Thomas supra, & Adrianus quaestione 1. de Baptismo artic. 3. dubio 2. citans Innocentium in capite 1. de Baptismo. Sed haec sententia falsa est, vt constat ex dictis supra de sacramentis in genere. Nam sacramenti essentia vna est in vniuersa Ecclesia. Vnde forma, quae in vna parte sufficit ad constituendum sacramentum, sufficit in qualibet parte seu regione Ecclesiae, quod attinet ad sacramenti necessitatem: si ergo in Ecclesia Graeca non est necessarium exprimere personam ministri, etiam in Ecclesia Latina id non erit de necessitate sacramenti, quia Ecclesiae praecipuum, aut consuetudo, non potest mutare essentiam sacramenti, aut efficere, vt aliquid sit de necessitate illius, quod ex institutione Christi non erat, quamuis facere possit, vt sit, nec de necessitate praecipui, quia minister tenetur obseruare ritum suae Ecclesiae, vt supra dictum est, & infra etiam dicitur in materia morali huius sacramenti.

Sed quare, esto, non sit de necessitate huius formae, ministrum in illa exprimere, an saltem sit expediens, magisque conueniens. Nam Graeci hoc vitare studuerunt, ne viderentur ministri sacramentorum sibi arrogare efficaciam sacramenti, & vt illius Schismatis occasionem fugerent, cuius sit mentio, 1. ad Corinth. 3. Ego sum Pauli, Ego autem Apollo. Respondetur, consuetudinem Graecorum per se loquendo non esse malam, vt Concilium Florentinum docuit, ita tamen illi consuetudini adherere, vt ritum Ecclesiae Latinae damnet, erroneum est, & omnino contra rationem. Quin potius addo, ritum Ecclesiae Latinae esse meliorem, tum, quia est consentaneus verbis Christi: Baptizantes eos: tum etiam, quia melius explicat causas & effectum baptismi, & ipsum actum baptizandi, vt actualiter exercitum. Neque datur occasio Schismatis, quia minister solum in illo opere se exhibet, vt Christi ministrum, neque aliter sibi tribuit sacramenti ministerium, sicut, quando in sacramento Penitentiae dicit, Ego te absoluo, nullam occasionem Schismatis tribuit, neque sibi arrogat virtutem, seu efficaciam sacramenti.

Dico tertio, de necessitate huius formae esse, vt in ea explicetur, seu indicetur persona, quae baptizatur. Ita Diuus Thomas hic artic. 5. ad 4. & est communis omnium sententia, quae colligitur ex verbis Christi, baptizantes eos. Hunc enim esse sensum illorum verborum & institutionis Christi, docuit traditio & vsus Ecclesiae: & ita in vtraque forma, tam Graecorum, quam Latinorum, hoc obseruatum est. Ratio vero reddi potest, quia nisi aliquo modo exprimat persona, cui applicatur Baptismus, non potest actus baptizandi praecise significari, vt hic & nunc in particulari exercitus. Nam si tantum diceret minister, Ego baptizo in nomine Patris, nec significaret determinatum actum baptizandi, determinatur enim a subiecto, cui applicatur, nec satis indicaret actum, prout hic & nunc exercetur. Ac tandem non satis significaret effectum baptismi, quatenus est spiritualis ablutio, & regeneratio eius, qui baptizatur. Tandem necessaria est expressio huius personae, vt indicetur in forma distinctio, quae necessaria est inter baptizantem & baptizatum, sicut inter generantem & genitum, prout dicitur in Capite Debitum, extra, de Baptismo. Vnde colligit D. Thomas, & Theologi omnes, necessarium esse exprimere hanc personam, quae baptizatur, aut proprio nomine, vt cum dicitur, Ego te N. baptizo, aut per Pronomen secundae vel tertiae personae, vt Baptizo te, vel illum, non vero per Pronomen primae personae, vt Baptizo me, vt praedicto capitulo, Debitum, definitur, & colligitur, ex citatis verbis Christi, Baptizantes eos. Et confirmatur exemplo Christi, qui hac de causa voluit ab alio baptizari, & adiungi potest exemplum Apostolorum in Actibus eorum: vbi semper legimus

in baptizantem esse distinctam personam à baptizatis, & idem obseruauit semper Ecclesia traditio; & in eodem capite redditur congruentia sumpta ex similitudine generationis, in qua oportet generantem & genitum personaliter distingui. Atque idem confirmari potest exemplo sacramentorum, quae in usu consistunt, vt in superiorib. dictum est. An vero oporteat exprimere hanc personam in singulari numero, vel sufficiat in plurali dicendo. Ego baptizo vos: D. Thomas hic, & quaestione seq. art. 6. ad 2. respondet, hanc mutationem esse accidentalem, & vtrumque modum sufficere, & idem generaliter dicendum est de quacunq; simili mutatione, dummodo sufficienter designetur persona. Quamuis, vt ministerium hoc debite, & sine culpa exercentur, serua-re oporteat Ecclesiae consuetudinem.

SECTIO III.

Verum de necessitate huius formae sit explicita inuocatio Trinitatis, vel sufficiat baptizare in nomine Christi.

Circa hanc partem huius formae, quae est Trinitatis inuocatio, primum referri possunt varij antiqui errores haereticorum, quia aliquid huic formae addebant, vel subtrahebant. Quo vera Trinitatis confessio destrueretur, sic Gnostici: teste Irenaeo lib. 1. c. 18. baptizabant in nomine ignoti Patris omnium, & in veritate Matris omnium, & in nomine descendens Iesu ad vnitionem, & redemptionem, & communionem virtutum. Quod etiam paululum mutatis verbis refert Eusebius, lib. 4. histor. capit. 10. & Epiphanius haeres. 34. contra Marcolios, circa finem, & Nicephorus, lib. 4. hist. capit. 4. circa finem. Alij vero tempore Apostolorum, baptizasse dicuntur in tribus Patribus, seu in tribus sine initio principijs, seu in nomine trium principij expertium, aut trium Filiorum, aut trium Paracletorum, vt colligitur ex Can. 48. seu 49. Apostolorum, vbi hic error damnatur, & Canon. 50. damnatur, qui baptizabant in Domini morte: quem errorem sequutos fuisse Eunomianos, refert Socrates libro 5. hist. cap. 23. Cataphrygae etiam, & Paulianistae dicuntur corrupisse in hac forma inuocacionem Trinitatis, vt refert Inno. 2. Epist. 22. cap. 5. vbi in hunc modum explicat Canonem 19. Concilij Niceni, in quo baptizati à Paulianistis, venientes ad Ecclesiam Catholicam iterum baptizari praecipuntur: quia in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti minime baptizabant, vt dicit Innocentius, qui tamen non explicat, quomodo hi haeretici in hac forma peccarent. Idem vero de Cataphrygis dicitur in Concilio Laodicen. Canon. 8. & in Concilio Arelaten. primo: dicitur de Arrianis, qui propria lege sua vtuntur, vt rebaptizentur, placuit. Vnde colligitur aliquos etiam ex Arrianis mutasse hanc formam: quamuis Trinitatis inuocacionem corrumpendo: quamuis non explicet, qualis fuerit illa mutatio. Nicephorus vero 10. libro hist. capit. 35. refert quendam Episcopum Arrianum nomine Deuterium, baptizasse in nomine Patris per Filium, in Spiritu sancto: & addit miraculose accidisse, vt aqua, quae ad Baptismum parata erat, repente disperterit in detestacionem Arrianae haeresis, quam Episcopus ille praedicatis verbis, formaeq; mutatione proniter intendebat. Horum omnium errorum nullum inuenio fundamentum, nisi hoc solum, quod vnusquisq; haeticus iuxta solam falsam fidem, Baptismi formam sibi congingebat.

Secundo referri potest aliorum veterum sententia, qui dixerunt, non esse de necessitate huius formae explicitam trium personarum inuocacionem, sed satis esse implicitam: qualis in hac forma continetur. Ego te baptizo in nomine Christi. Huius sententiae videtur fuisse Nicol. Pap. in c. A quo-

dam Iudaeo. de Consecr. dist. 4. consultus enim, an Baptismus datus a quodam Iudaeo esset validus. Respondet, si datus fuit in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi, fuisse validum: qui sequutus est in hac responsione Ambrosij, lib. de Spiritu sancto, c. 3. vbi sic inquit: Qui benedicitur in Christo, in Patre, & Spiritu sancto benedicitur, quia vnus est nomen, vna potestas. & infra. Qui Christum nominat, & dicit Filium, qui vnctus est, & Patrem, à quo vnctus est, & Spiritum sanctum, quo vnctus est. Ex qua ratione & explicatione Ambrosij, constat eum non fundari in dispensacione aliqua, sed in significacione ipsius nominis Christi, quod omnes tres personas saltem implicite continet. Eo vel maxime, quod licet aliqui dixerint, huiusmodi licentiam, seu dispensacionem baptizandi in solo nomine Christi concessam esse Apostolis, eorumque tempore durasse. Nullus tamen probabiliter dicere, aut ostendere potest, perdurasse vsq; ad tempora Ambrosij, qui sua aetate illam formam validam esse existimauit. Multoque minus credible est, Iudaeum illum, de quo Nicolaus consultus fuit, huiusmodi dispensacione usum fuisse, nisi alicui fortasse placeat, quod Marfilus dicit, Nicolaum habuisse specialem reuelacionem huius dispensacionis. Hinc vero addit vterius Ambrosij. Baptismum datum in nomine vnus personae, quaecunq; illa sit, dummodo vera fides omnium trium retineatur esse validum, quia in vna persona tres omnes virtute continentur. Quam sententiam secutus est Beda, in c. 10. Act. circa illa verba, Iussit illos baptizari in nomine Domini Iesu. Citatur etiam in cap. 2. Lucae, ibi tamen nihil de hac re scribit, eandem sententiam tenet Bernard. epist. 340. vbi etiam approbat Baptismum datum sub hac forma. Baptizo te in nomine Dei, & sanctae Crucis. Item Hugo de sancto Victore, lib. 2. de sacram. par. 6. c. 2. Soto etiam citat in fauorem huius sententiae Athanasium, lib. de Trinitate & Spiritu sancto, & Cyprian. libro ad Quirin. & Chrysost. homil. 3. Imperfecti in Matthaeum, sed apud hos Patres nihil inuenitur, quod ad hanc quaestionem pertinet.

Ex Scholasticis vero sequutus est hanc sententiam Magister Adrianus, quæst. 2. de Baptismo, Caiet. hic art. 5. item gloss. in dict. capite à quodam Iudaeo, & c. Multi sunt. de consecr. d. 4. & in cap. Si quis puerum: extra, de Baptif. Fundamentum huius sententiae sumptum fuit ex quibusdam locis Actuum Apostolorum, in quibus dicitur dari Baptismum, in nomine Christi, aut, in nomine Domini Iesu, vt videre licet, c. 2. 8. 10. 11. & 19. & significat Paulus, 1. ad Corinth. 1. vbi reprehendens eos, qui dicebant, 1. Corint. 1. Ego sum Pauli, Ego autem Apollo, Ego vero Cephe, Ego autem Christi (inquit) diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Significat ergo eos fuisse baptizatos in nomine Christi.

Dicendum vero est, primo, De essentia huius formae esse, vt in ea expresse, & distincte nominentur tres personae Trinitatis, quatenus inter se distinctae sunt. Ita docet D. Thom. hic artic. 6. Altiliodo. lib. 4. sum. tract. 3. cap. 4. q. 2. Alens. 4. p. q. 13. memb. 3. artic. 2. §. 3. & art. 4. §. 2. Marfil. in 4. q. 3. art. 3. Bonauen. d. 3. art. 2. q. 2. Palu. q. 1. art. 2. Richar. art. 2. q. 3. Scot. q. 2. art. 3. quamuis hi duo vltimi magis dubij sunt. Probatur primo ex verbis Christi Domini: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Iam enim supra declarauimus, illud, in nomine, non tantum significare, in virtute, aut in fide, vt in alijs locis Scripturae solet. Mar. 14. Matt. 15. Ioan. 21. sed et significare Baptismum esse dandum, nominando, & voce ipsa inuocando, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Quem eo loco intendebat Christus docere non solum preceptum, sed etiam ritum, formamque baptizandi, vt docuit Leo Pap. epist. 4. c. 3. & Damascenus libro 4. de fide, capit. 10. & Iustin. Apolog. 2. pro Christianis

Alia dicitur...

Variere...

Epiphanius...

Can. Apo.

Inno. 1.

Conc. Laodice.

Nicephorus...

In fide...

Variè...

inuocacionem...

Ambrosij...

Beda...

Bernardus...

Hugo de S. V. Soto...

Magister Adrianus...

Act. 8. 10. 11. 19.

1. Corint. 1.

Concluse...

Probatur...

stianis circa finem, & optime Athanas. ser. 3. cont. Arrian. paulo post med. & Chryf. homil. 16. in ad Rom. & optime Fulg. in lib. de Incarnatio. c. 11. cuius verba referemus cum aliis Patribus, & ita Ecclesia semper intellexit, ut statim videbimus. At vero ex ipsis verbis Christi satis aperte constat hanc Trinitatis inuocationem debere esse expressam, & distinctam. Secundo hoc probatur ex Ecclesie declaratione, & definitione, nam in Canone 50. Apostolorum, reprobat Baptismus datus, in Domini morte. Quia non dixit Christus, in morte mea baptizate: sed Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vnde Clemens Pap. lib. 3. constit. c. 16. Nominans (inquit) inuocationem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptizabit eos in aqua, & lib. 7. c. 23. Baptizare debes, quem ad modum Dominus precepit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Patris, qui misit: Christi, qui venit. Paracliti, qui testimonium dedit.

2. *Probatur ex Ecclesia declaratio-
ne.*

Clem. Pap.

Pelag. Pap.

Zach. Pap.

Ca. firmiter.

Cont. Flor.

*3. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

*2. Probatur ex patribus.
Nazian.
Nissen.
Tertul.
August.*

Damaſc.

Basil.

Gauden.

vbi inter alia inquit: Neque n. baptizari quis potest, nisi in integrum atq; inseparabile Trinitatem. Et deinde ex professo probat esse contra veritatem huius sacramenti alicuius persona professionem, & inuocationem omittere. Idem colligitur ex Ambros. libr. *Ambros. Cyprian. Primum pro-
batur sa-
ne.* de his, qui inuocantur, cap. 4. & libr. 2. de sacra-
mento, cap. 5. & Cypri. Epist. 73. ad Iubaian. parum a princi-
pio, & ex alijs Patribus supra citatis, tam referendo
prioris errores, quam verba Christi explicando. Ra-
prios vero seu congruentia huius institutionis expli-
cata est supra in Commentarijs articulorum Dui
Thomæ, & in sectione 1. Quibus addi potest, in lege
Euangelica explicitam fidem Trinitatis esse ad salu-
tem necessariam, per se loquendo: Baptismus autem
esse sacramentum fidei, vt loquitur Innoc. Pap. *Innoc. Pap.
August.* in cap. Debitum, de Baptismo, & Augusti. epist. 103.
quia sicut est ianua Ecclesie, ita in eo fit expressa pro-
fessio Euangelice fidei: & ideo oportuit, vt in eo tra-
dendo fieret expressa inuocatio Trinitatis, quæ est
primarium obiectum & fundamentum totius fidei,
& principalis causa, tam ipsius Baptismi, quam
omnium mysericordiarum nouæ legis.

Atq; hinc sequitur primo, ex vi huius institutio-
nis nullum esse Baptismus datum in nomine Dei. *Baptismus
datum in
nominem
Dei
non est
sufficiens
forma
Baptismi,
nisi e-
rit in
nominem
Trinitatis
inueniuntur
heretici,
qui omnino
non baptizent,
quam qui non
illis verbis
baptizent.* Pater, quia, sicut fides de Deo absolute & simpliciter
non est fides explicata Trinitatis, ita inuocatio Dei
absoluta, non est inuocatio Trinitatis explicata, pro-
ut ad Baptismus est necessaria. Secundo sequitur,
Baptismus datum in nomine Patris & Filij, non
nominato Spiritu Sancto vel in nomine Patris &
Spiritus sancti, tacito Filio, vel denique in nomine cu-
iuscunq; personæ, sine nominatione aliarum, nullum
esse. Quod quidem fatetur Ambros. quando is, qui
baptizat hunc defectum committit & prauo erro-
re, quo existimat in Trinitate non esse tres personas.
Idem autem est, etiam si absque errore in fide id fa-
ciat ex negligentia, vel odio, aut alio prauo affectu:
quia valor sacramenti non pendet ex fide ministris,
sed ex essentiali integritate, & significatione formæ,
sufficiens alijs requisitis. Si ergo illa forma est insuf-
ficiens, quando minister non habet rectam fidem, et-
iam erit insufficientis, quamuis minister veram fidem
habeat, dummodo cætera paria sint. Est ergo illa
forma per se insufficientis: & ratio est, quia non con-
tinet expressam professionem totius Trinitatis, quæ
necessaria est ex institutione Christi. Quinimo, neq;
implicite tota Trinitas fatetur indicatur, vna tantum
vel duabus personis nominatis: quia licet appella-
tione solius Patris implicite indicetur Filius, non ta-
men Spiritus sanctus, qui fit persona ab eis distincta.
Et idem est etiam, si expresse Pater, & Filius inuo-
centur. Si vero nominentur Pater & Spiritus sanctus,
quamuis videatur implicite indicari Filius,
non tamen vt persona à Spiritu sancto distincta:
quin potius indicari videtur, ipsum Spiritum sanctum
esse Filium, respectu cuius altera persona Pa-
ter nominatur: atq; idem est, seruata proportione, si
solus Filius & Spiritus sanctus exprimentur, non fit
ergo sufficiens Trinitatis professio, nisi omnes tres
personæ nominentur.

Tertio sequitur, Baptismus datum in nomine
Christi, non exprimendo alias personas, esse inuali-
dum ex vi institutionis Christi. Ita sentiunt omnes
Theologi supra citati: & colligitur aperte ex omnib.
quæ in probatione assertionis positæ adducta sunt.
Præsertim ex definitionibus Pelagij & Zachariæ Pon-
tificij, & plura statim afferemus in solutionibus, argu-
mentorum. Nunc solum addo verba Bedæ, libr. va-
riarum quæst. q. 14. Notandum, si quis baptizans di-
cat, Baptizo te in Christo Iesu, & nō dicat, in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sicut Dominus in-
stituit, nō est verus Baptismus. Et ratio est clara, quia
in uocatio Christi non est expressa Trinitatis pro-
fessio, quam ostendimus esse de essentia formæ Ba-
ptismi. Adde præterea, ex vi verborum etiam non ef-
se impli-

se implicitam Trinitatis professionem, quamvis sup-
 posita fide, quam nos habemus, possit eam nobis in-
 dicare, magis ex facilitate & promptitudine intelli-
 gentium, quam ex vocis significatione. Nam licet
 Christus sit vnctus a Patre, tamen etiam ipse, seipsum
 vnxit, quatenus est suae incarnationis, & sanctifica-
 tionis suae humanitatis auctor. Atque eodem modo,
 licet dicatur Spiritu sancto vnctus, seu sanctificatus
 per quamdam appropriationem, tamen etiam ipso
 Verbo, eiusque diuinitate sanctificatus est: ac delibut-
 us, vnde si in Deo tantum esset vna persona, & car-
 nem lumeret, proprie appellari posset Christus, ergo
 ex vi significationis huius vocis, non satis indicatur
 tota Trinitas etiam implicite. Ergo ex vi institutio-
 nis non potest illa forma esse sufficiens. Et hoc existi-
 mo ita certum, vt contraria sententia, quoad hanc
 partem, nullo modo probabilis sit. An vero aliquando
 ex dispensatione talis forma concessa fuerit, dice-
 mus in solutione argumentorum.

2. Conclusio. Dico secundò: De essentia huius formae est, vt in
 ea non solum Trinitas Personarum, sed etiam natu-
 ra vnitas significetur, quod fit per particulam illam,
 In nomine. Ita sentit D. Thom. hic art. 6. & Magister
 cum Scholasticis loco supra citato, & Hugo de San-
 cto Viçt. lib. 2. de sac. par. 6. c. 2. Et colligitur ex verbis
 Christi adiuncta Ecclesiae, & Sanctorum intelligentia.
 Non enim sine mysterio existimatur dixisse Christus,
 in nomine, & non, in nominibus: sed vt indicaret vnã
 esse trium Personarum virtutem, substantiam, & ma-
 iestatem, quae vno illo nomine significatur. Vnde Hiero-
 nymus, Matth. 28. Baptizantur (inquit) in nomine
 Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt quorum vna est
 diuinitas, vna sit largitio, nomenque Trinitatis vnus
 Deus est. Et clarius super ad Ephes. 4. circa illa verba:
 Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Non bap-
 tizantur, inquit, in nominibus Patris, & Filij, & Spi-
 ritus sancti: sed in vno nomine, quo intelligitur Deus.

Augustinus. Eodem modo Aug. 3. contra Maxim. c. 32. In nomine,
 inquit, non in nominibus, quia hi tres vnus sunt, &
 hi tres vnus est Deus. Ambros. 2. de sac. c. 7. In vno no-
 mine baptizare nos iussit, dicens: Baptizantes eos in
 nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Noli mirari,
 quia dixit vnum nomen, vbi est vna substantia, vna
 diuinitas, vna maiestas. Idem latè atque expresso docet
 lib. 1. de Spiritu sancto, c. 14. ex hoc, & aliis Scripturæ
 locis ostendens, vno trium personarum nomine vnã
 dominationem significari. Et Gauden. tractat. 14. de
 promissione Paraclæti sic scribit: Cum Baptismi opus
 in Trinitate decerneret celebrandum, non ait, in no-
 minibus, sed in nomine: Pater enim Deus est, & Filius
 Deus est, & Spiritus S. Deus est, sicut sanctarum Scri-
 pturarum testimoniis dilectionis vestrae sapienter ap-
 p. bauit: ac propterea vnum est Trinitatis nomen, cuius
 vna virtus, atque diuinitas permanet in omnia sæcula.
 Ratio vera est, quia non minus est de necessitate salu-
 tus, vnus diuinitatis, quam trium personarum profes-
 sio, nec potest esse vera ac perfecta huius mysterij
 professio sine fide huius diuinitatis. Vtrumque ergo
 debuit in forma Baptismi explicari.

Gauden. Ex qua conclusione inferitur, hanc formam: Ego te
 baptizo in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
 esse insufficientem ad hoc sacramentum consti-
 tuendum: quia in ea fit essentialis mutatio. Nam, si p-
 vocem illam: In nominibus, indicentur tantum ipsa
 nomina relatiua, seu proprietates trium personarum,
 quamuis non admisceatur positius error in forma,
 taceatur tamen mysterium Vnitatis trium Personarum
 in Deitate, & ita non sufficienter explicatur in
 hac forma fides vnus Deitatis in tribus personis. Si
 autem vox illa, In nominibus, indicet absolutum no-
 men, seu perfectionem, continebit forma errorem
 Vnitatis Dei contrarium. Atque eadem ratio est de
 quacunque simili mutatione, vel additione facta huic
 formae. Ratione cuius, aut inæqualitas inter perso-
 nas, aut distinctio in natura significetur. Si quis autè
 Franc. Suarez Tom. 3.

loco illius vocis, In nomine, diceret, in virtute, vel a-
 liquid simile, quo vnitas in natura trium Personarum
 significetur, fortasse forma esset valida, quia res si-
 gnificata videtur esse eadem: quamuis vocibus diuer-
 sis: grauius tamen peccaret, & non careret forma a-
 liqua dubitatione, quia illæ voces non sunt omnino
 synonymæ, nam illud, In nomine, plus complecti vi-
 detur, quam si dicas, In virtute, aut in maiestate, vel
 Deitate Patris, &c. Nam hoc totum illa voce compre-
 henditur, & præterea inuocatio, & professio fidei v-
 nius Dei, atque Trini.

Sed quid, si quis baptizet hoc modo: Ego te bap-
 tizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine
 Spiritus sancti, videtur enim illa nominis repetitio
 æquiuale illi plurali voci: In nominibus? Respon-
 detur: non æquiuale: sed illam formam esse validã,
 quia vnum & idem nomen potest iterum atque ite-
 rum nominari, & inuocari absque pluralitate: vt ve-
 re dicitur Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus
 Deus, non tamen possunt dici Dij: quia hoc significat
 pluralitatem naturarum: illud vero minime, quia
 sunt vnus & idem Deus.

Superest, respondeamus ad ea, quæ in secunda
 sententia adducta sunt (nam de prima nihil dicere o-
 porter) Et prius quam sententiam Zachariæ Papæ &
 Ambrosii explicemus, declaranda sunt illa Scripturæ
 testimonia, in quibus Apostoli dicuntur baptizasse:
 In nomine Christi, aut In nomine Domini Iesu. Est
 enim valde communis inter Scholasticos sententia,
 Apostolos vfos fuisse eo tempore hac forma: Ego te
 baptizo in nomine Christi, non quia illa per se suf-
 ficiat, iuxta Christi institutionem: sed quia ex speciali
 dispensatione hoc illis concessum fuerit eo tempore,
 vt nomen Christi, & fides, atque amor erga illum,
 fidelium animis magis infiderent. Ita sentit Diuus
 Thomas hic, & fere antiqui Scholastici supra citati.

Mihi tamen longe probabilius videtur, nunquam
 Apostolos, aut eorum ministros, baptizasse sub illa
 forma, ita vt nomen Patris, vel Spiritus sancti omi-
 serint: quod late docuit Armachan. libro 8. de qua-
 stionibus Armenorum, à capit. 3. Can. lib. 6. de Locis
 cap. 8. ad septimum, & propendit Soto in 4. distincti-
 3. q. vnica, artic. 3. Et probatur primo ex loco Acto-
 rum 19. vbi Paulus inuenit quosdam, qui se bap-
 tizatos esse dicebant, eosque interrogauit: Si Spiritum
 sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum:
 Non. Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus: Tunc
 Paulus rursus interrogauit: In quo ergo baptizati es-
 tis? quæ interrogatio aperte supponit, non potuisse
 illos more consueti, & ea forma, qua alij solebant
 baptizari, non audito Spiritus sancti nomine: quia
 mirum non dabatur tunc forma Baptismi, absque
 Spiritus sancti inuocatione & appellatione: ergo tunc
 etiam fiebat in forma Baptismi, expressa trium Per-
 sonarum inuocatio. Et ideo Paulus iussit illos ite-
 rum baptizari Baptismo Christi, & forma consueta.
 Secundo probatur: quia ex illo modo loquendi Scri-
 pturæ colligi non potest huiusmodi dispensatio, aut
 quod Apostoli illo modo baptizauerint. Primo qui-
 dem, quia baptizari In nomine Christi, vel In nomi-
 ne Domini Iesu, non tantum significat inuocato hoc
 nomine, sed etiam significare potest in fide, virtute,
 & autoritate eius, & Baptismo ab ipso instituto bap-
 tizari. Quod patet ex eodem loco Actorum 19. Vbi
 statim subdit. His auditis baptizati sunt in nomine
 Domini Iesu, ac si diceretur, baptizati sunt Baptismo
 Christi, quia antea solo Baptismo Ioannis fuerant
 baptizati, quomodo exposuit Damascenus, lib. 4. de
 fide, cap. 10. quod Paulus ait ad Romanos, cap. 6. nos
 esse in Christo baptizatos: Nam in Christum, inquit,
 baptizatum esse, nihil aliud indicat, quàm in eum cre-
 dendo salutifera aqua tingi. Sic etiam Basil. dicto lib.
 de Spiritu sancto, cap. 12. exposuit: baptizari in Spi-
 ritu sancto non esse idem, quod baptizari sola Spiritus
 sancti persona nominata: sed idem quod baptizari

*Hac forma
 in nomine
 Patris, & in
 nomine Filij,
 & in nomine
 Spiritus sancti,
 est, est
 valida.*

*Ad rationes
 secundæ sen-
 tentiæ respo-
 detur.*

*Apostoli num
 quam bap-
 tizati in no-
 mine Christi.*

*Armachan.
 Cano.
 Soto.
 Probatur
 primo ex Ac-
 torum 19.*

2. probatur.

Act. 19.



in virtute, seu in sanctificatione Spiritus sancti. Vel aliter: quamuis demus, in illis locis significari, nomen Domini IESV Christi solum esse profertur in forma Baptismi, non tamen inde potest colligi, nomina Patris, vel Spiritus sancti fuisse omnia, quia facile potuerunt omnia coniungi, & profertur hoc modo: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij eius Iesu Christi Domini nostri, & Spiritus sancti. Atque hoc modo, & satis hic illi coniectura, quam sententia contraria assererat, scilicet, quod nomen Christi exprimebatur, ut fieret amabile: & simul retinetur integra forma Baptismi, & non omittuntur alie persone, quarum amor aequè necessarius est, earumque cognitio ad ipsum Christum melius cognoscendum confert. Tertio, quod Apostoli non fuerint vti dispensatione, videtur plane colligi ex illo Canone 49. vel 50. Apostolorum, ubi damnatur error eorum, qui baptizabant in morte Christi, seu Domini, & subditur ratio: Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, sed in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Quae ratio euidenter supponit, & illos semper praeceptum illud & formam obseruasse, & omnem aliam, etiam si sit, in nomine Domini, vel Christi, insufficientem iudicasse. Quarto, hoc potissimum confirmatur testimonio Patrum, qui in hunc modum praedicta testimonia interpretati sunt. Cyprianus Episcopus 73. ad Iubaian. post medium, ubi tractans illa verba Petri, Act. 2. Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi, inquit, Iesu Christi mentionem facit Petrus, non quali Pater omittitur, sed ut Patri quoque Filius adiungeretur. Denique ubi post Resurrectionem a Domino Apostoli ad Gentes mittuntur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizare gentes iubentur: quomodo ergo quidam dicunt, baptizatum in nomine Iesu Christi, remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus Gentes baptizare iubeat in plena, & adunata Trinitate? Eandem expositionem & doctrinam habet Fulgentius 15. de Incarnatione & gratia, c. 11. ubi inter alia inquit: Ideo in forma Baptismi dictum esse, in nomine Filij, in singulari, ut significaretur, vnam & eandem esse Christi personam in diuinitate, & humanitate subsistentem: Et propterea, inquit, omnes qui in nomine Patris & Filij, & Spiritus S. sacramento sanctae regenerationis abluti, non nisi in Christi morte ac nomine baptizantur. Atque in hunc modum exponunt statim verba citata Petri, Act. 2. & Pauli ad Rom. 6. Sicetiam Au. li. 3. contra Maxim. c. 17. dicit, sicut ex illis verbis, Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil, non potest colligi, Spiritum sanctum excludi ab opere creationis, ita ex verbis Petri Actorum 2. Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi, non potest colligi illos non fuisse baptizatos in nomine Patris, & Spiritus S. quia licet in nomine Iesu Christi iussi sint baptizari, vna persona, alias non excludit. Eandem sententiam docet Chrysostomus homilia 30. in 2. ad Corinth. tractans verba illa, cap. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & comunicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. Vbi & considerat, interdum Paulum omnes tres personas, simul nominare: interdum duas, interdum vnam tantum ut earum aequalitatem ostendat, atque vnam ab altera non separari, & huius occasione adducit illud, 1. ad Cor. cap. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & Spiritu Dei nostri, & subdit: Quid igitur, dic oro? Non baptizati fuerunt in Patre illi? Quare igitur non dixit, abluti estis in nomine patris: quia sine discrimine, nunc huius, nunc illius, meminit hypostasis. Eodem modo Origenes li. 5. in ad Rom. circa illa verba, cap. 6. Quicumque baptizati sumus cum Christo Iesu, & car. Requiras, inquit, hoc quod Dominus dixit ad Discipulos, ut baptizarent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. cur Apostolus solius Christi in Baptismo nomen as-

3 Probat.

4 Probat. ex Patribus Cyprian.

Enge.

Angu.

Chryso.

Origen.

sumpsit, dicens: Quicumque baptizati sumus, cum non habetur legitimum Baptisma, nisi sub nomine Trinitatis. Et in summa respondet, Paulum ibi non describere formam, & rationem Baptismatis, & ideo non posuisse integra verba, sed ea tantum, quae ad rem, de qua agebat, pertinebant. Ibi autem disputabat de Baptismo, quatenus morte, & sepultura Christi representat, & quia in hoc conformamur Christo, non Patri, aut Spiritui S. ideo, Christi potius, quam aliarum personarum mentionem fecit: non quia in forma Baptismi Christus absque aliis personis nominetur. Denique Theophyl. in fine Euangelistae. Lucae tractans illa verba: Et praedicari in nomine eius Penitentiam: & per Penitentiam, Baptisma intelligens, quare: Quo modo Baptisma, in nomine ipsius Christi fieri intelligerent, cum alias doceamur baptizare, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Et respondet, Primum dicimus, quod quando dicimus, Baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus, quod oporteat in solius nomine Christi fieri, sed quod Christi Baptisma spirituale est. Insuper Baptisma: in nomine Christi, intellige in morte Christi. Et aliter, Christi nomen in seipso continet & Patrem in unum, & unumquemque Spiritum, & unumquemque Filium. In quibus vltimis verbis, non sentit propter hanc causam satis esse proferre nomen Christi, sed reddidit haec inter alias causas ob quas Baptismus dicitur Baptisma Christi, aut dari in nomine Christi, sicut supra exponentes Basilium dicebamus.

Vltimo adhiberi potest coniectura, quia nulla fuit in primitiua Ecclesia, probabilis causa talis dispensationis, quia, etiam si demus, fuisse tunc expediens nomen Iesu Christi expresse in forma proferre: nulla tamen ostendi potest vtilitas in subicendis nominibus Patris, & Spiritus S. Et alioqui sine euidenti necessitate non oportebat dispensare in lege maxime necessaria, cuius obseruatio erat, veluti ianua ad totam Christi legem suscipiendam, quae tunc promulgari incipiebat. Adde explicitam hanc Trinitatis omnibus iussisse in praecipio ab initio praedicationis Euangelicae: ergo non erat tantum mysterium occultandum, aut in forma Baptismi occultandum. Talis ergo dispensatio, nec necessaria fuit, nec expediens, non est ergo voluntarie asserenda, cum neque in Scriptura sacra, neque ex aliquo Concilio, aut traditione colligatur.

Ad Decretum Nicolai difficile est respondere: Nam quod D. Thomas & alij dicunt de dispensatione, duplici ex capite reiectum est, quia & nunquam fuit talis dispensatio a Apostolis concessa, & quamuis fuisset, non durasset vsque ad Nicolai tempora, qui octingentis annis fuit post Christum: alioqui pariter ratione dici posset, nunctiam durare. Praeterea, quia Pontifex suam sententiam fundat in dicto Ambrosij, quem ostendimus, non fundasse sententiam suam in dispensatione. Secundo, non minus displicet, quod alij dicunt: Pontificem loqui in casu necessitatis, tum quia in eo casu, in quo Pontifex loquitur, nulla erat necessitas baptizandi in solo nomine Christi. Immo vix vngi potest, quod in aliquo casu interueniat talis necessitas, nisi forte ex ignorantia ministri baptizantis, tum praecipue, quia propter nullam necessitatem potest variari essentialis materia, vel forma sacramenti, ut supra ostensum est. Alij dicunt, Nicolaum non affirmare huiusmodi Baptisma esse validum, sed non esse iterandum, & interpretantur non esse iterandum absolute, quia saltem est res dubia, iterandum autem esse sub conditione. Sed hoc non placet: quia Pontifex ibidem dicit, Baptisma datum a Iudaeo in nomine Trinitatis, non esse iterandum. Quod intelligit iam absolute quam sub conditione, vnde illis verbis simpliciter docet, talem Baptisma esse validum, ac vero eodem modo loquitur de Baptismo dato in nomine Christi. Alij ergo ita exponunt Nicolaum, sicut nos interpretati sumus Actuum testimonia, scilicet, ut non

Theophyl.

Vltimo p. batur can. dicit.

Pauli.

Rog.

Deom. b. c. 1. d. clarum.

Chry.

ut non

vt non loquatur de forma, in qua expressio nomine Christi omittuntur Personæ Patris & Spiritus sancti, sed de illa, in qua secunda persona nominatur sub nomine Christi, alijs non omisiss. Cum vero dicit Pontifex, tantum in nomine Christi, illa dictio excluditur, tantum, aiunt non excludere alias personas, sed Filij expressam nominationem, ita vt iolum dicatur, in nomine Patris, & Christi, & Spiritus sancti. Quæ expositio attribui etiam potest Ambrosio, & ad eam potest ratio eius accommodari, quod scilicet, tantumdem sit nominare secundam personam sub nomine Christi, ac sub nomine Filij, quia etiam in nomine Christi dicatur relatio ad alias personas. Et idem dici potest ad Bedam super acta, præsertim cum alio loco veram sententiam docuerit, vt vidimus. Atque hæc expositio pia est, & probabilis, non nihil tamen videtur coacta. Vnde valde dubito, an hæc fuerit mens Nicolai, & Ambrosij. An vero id, quod in ea asseritur, in rigore verum sit, dicam sequenti sectione. Quamobrem alij simpliciter confitentur, Pontificem vt priuatum Doctorem falsæ opinionij ad hæsisse, quam sententiam sequitur Cano loco supra citato, quia in eo decreto vnus est, de quo Pontifex interrogatus directe responderet, atque definit: aliud vero, quod obiter dicit absque Pontificia autoritate, ac definitione. Primum illud est, an Baptismus datus à Iudæo validus sit, ad quod Pontifex affirmatiuè responderet, eiusque definitio certa est. Secundo vero obiter dixit Pontifex huiusmodi Baptismus datum tantum in nomine Christi validum esse, & in hoc secutus est sententiam Ambrosij, existimantque testimonia Actuum Apostolorum: ita esse intelligenda, & locutus est, vt priuatus Doctor, & sententiam minus probabilem secutus est. Dices: Contraria sententia definita fuerat à Pelagio & Zacharia Pontificibus, vt visum est ex cap. Si reuera, cap. In Synodo, cap. multi, de consecra. distinct. 4. Quomodo ergo potuit Nicolaus, etiam vt priuatus Doctor, contrariæ sententiæ adherere? Responderetur, eos Pontifices de quaestione hac nihil ex professo, ac de fide definiuisse: quia Epistola illa, ex quibus Gratianus refert se sumpsisse illa Decreta, non leguntur integræ in Tomis Conciliorum: ex illis autem Decretis, vt sunt apud Gratianum, habemus quidem eos Pontifices docuisse, necessariam esse, Trium Personarum inuocationem, & non satis esse Christi, vel vnus personæ appellationem: non vero satis constat, eos Pontificia autoritate definiuisse, hanc inuocationem debere esse explicitam, & non satis esse implicite contentam in nomine Christi. Atque hæc vltima responsio potest in rigore sustineri: proxime vero præcedens rejicienda omnino non est, quia pietati est consentanea. Et per hæc responsum est ad alios Patres. Sententia vero ibi citata ex Bernardo, durior est, ac difficilior. Nam sine dubio hæc forma, Baptizo te in nomine Dei, & sanctæ Crucis, nullo modo est sufficiens, nisi per Deum intelligamus, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, vt Marcellinus exponit. Addendum vero est non sufficere, vt ab audientibus intelligatur, nisi in ipsa forma exprimat, vt satis dictum ac probatum est.

SECTIO IV.

Vtrum necessarium sit in forma Baptismi exprimere tres Personas diuinas sub nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Hæc quaestio præcipue tractari solet de hac forma: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Spirati, seu precedentis ab vtroque, quam esse sufficientem docuit Caietanus, hic sequens Gloss. in cap. Multi, de consecrat. distinct. 4. quæ dicit has voces sufficere: In nomine Genitoris, & Nati, & sancti Flaminij. Franc. Suarez Tom. 3.

minis, addit tamen non sufficere, si dicat: Baptizo te in nomine trium personarum, quod fortasse Caietan. non admitteret, vt videbimus: opinionem Caietan. sequutus est Victor. vt habetur in summa eius §. 14. de Baptismo. Fundamentum huius sententiæ est, quia essentialis forma sacramenti non pendet ex materialibus verbis, vt supra visum est: sed ex significatione eorum. Vnde omnes voces eiusdem, seu æquipollentis significationis sufficiunt ad substantiam, vel essentiam sacramenti constituendam: sed illæ voces, Genitor, Genitus, &c. in significatione æquivalent his, Pater, & Filius: ergo sufficiunt ad essentiam Baptismi. Patet consequentia, quia licet formale significatum illarum vocum videatur diuersum: nam hæc significant de formali rationes, illæ vero origines, tamen hæc diuersitas nihil referre videtur: quia ex vltis eadem omnino res, & personas significant, eisdem conceptibus subordinantur. Et hic vsus vocum magis est attendendus, quam formalis illa & rigorosa significatio, sicut etiam voces illæ, Pater, & Filius, in rigore non significant de formali Paternitatem vel Filiationem diuinam, sed Paternitatem & Filiationem simpliciter, tamen ex vsu accommodatæ sunt ad illam significationem. Et confirmatur primo. Nam Concilium Florentinum definiuit, illam formam esse ad Baptismum sufficientem, in qua exprimitur actus ministri, cum sanctæ Trinitatis inuocatione, & non addit, necessarium esse hanc inuocationem fieri illis vocibus: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Sed sub illis nominibus, Genitoris, &c. vere & proprie inuocatur & laudatur Trinitas, vt patet, cum Ecclesia canit: Genitori, Genitoque laus, & iubilatio: & si quis confiteatur, vel credat Trinitatis mysterium illis vocibus, & conceptibus expressum, sine dubio satisfacit præcepto credendi, vel confitendi Trinitatem, ergo, &c. Confirmatur secundo: nam si fieret mutatio similis in vna tantum persona, validum esset sacramentum: ergo idem est, si fiat in omnibus. Patet consequentia: quia tam essentialis est inuocatio singularum personarum, quam simul omnium. Antecedens vero patet exemplis receptis. Primum illud est, quod in precedenti sectione tangebamus de hac forma: Baptizo te in nomine Patris, Christi, vel Iesu Christi, & Spiritus sancti. Aliud est, si loco Filij, dicatur, Verbi. Item si loco nominis Spiritus sancti, dicas Paraclæti, aut Doni. Tandem confirmatur, quia in huiusmodi mutationibus formarum sacramentalium, vt accidentales & non substantiales censeantur, nunquam attendimus ad rigorosam, ac metaphysicam formalitatem significationis: sed ad rem significatam, & ad moralem & practicam modum concipiendi. Et hæc ratione censeantur æquivalentia hæc verba: Baptizo, abluo, tingo, & similiter hæc, Absoluo & remitto: cum tamen formalia significata in rigore sint diuersa, ergo idem erit in præfenti.

Secunda sententia & communis est, necessarium esse exprimere tres personas nominibus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & mutationem illam, in nomen Genitoris, Geniti, & Spirati, & quamcumque similem, esse contra substantiam sacramenti. Ita sentit Diuus Thomas hic artic. 5. ad 7. & in 4. distinct. 3. artic. 2. quaestiuicula 2. ad 5. Bonauent. art. 2. quaest. 3. Scot. quaest. 2. artic. 3. Richardus artic. 2. quaestio. 3. Richard. Paludan. quaest. 1. artic. 3. numero 16. Durand. quaest. Palud. 2. Gabriel art. 2. conclus. 4. & artic. 1. dubita. 1. qui dicit, Theologos omnes, Iurisperitos, & Summistas in hanc sententiam conuenire: eandem tenet Alexander Ales. 4. par. quaestio. 13. membr. 3. artic. 3. §. 5. & Altiſodor. lib. 3. sum. tract. 3. cap. 4. quaest. 4. Marfil. in in 4. quaest. 3. art. 4. Bonauent. reddit rationem, quia mutantur nomina principalia in non principalia, quod magis explicans Scotus dicit, nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, significari proprias personarum proprietates, atque adeo personas ipsas nomine

vero Genitoris, &c. significari actus notionales: non vero Personas: sed solum connotari illas. Haec vero rationes non videntur cogere: tum quia vix potest reddi ratio, cur nomen Filij sit principalis, quam nomen Verbi, aut nomen Patris, quam nomen Genitoris. Tum etiam, quia ad substantiam sacramenti non videtur referre, quod nomen sit magis vel minus principale, dummodo eandem omnino rem significet. In hoc autem non videtur vera differentia: quam Scotus assignat, quia Genitor, reuera significat personam generantem, pro qua etiam supponit: quod si fiat vis in significato formali, aut connotato, etiam Pater ex vi suae significationis formaliter significat Paternitatem, & connotat Personam. Aliam assignat rationem Diuus Thomas, quia sicut in Baptismo, inquit, ex parte materiae determinata est aqua, quia eius usus est communissimus, facilis, & aptissimus ad significationem huius sacramenti: ita ex parte formae determinatae sunt illae voces, quae facilius & aptius personas diuinas significant, quaeque futurae erant in usu frequentiori Ecclesiae ad Trinitatem inuocandam, eiusque fidem profitendam. Huiusmodi autem sunt illa, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & quae in vnaquaque lingua his vocibus respondent. Itaque videtur Diu. Thomas hoc referre in specialem Christi institutionem. Quae praeter adductam congruentiam fundari potest in verbis Christi, adiuncto usu Ecclesiae, & interpretatione Patrum, quos supra retulimus. Quibus addi potest Epiphanius, haeres. 73. in principio, ubi significat, voces Geniti, & Ingenti, non valere ad Baptismum: Non dixit, inquit, baptizantes eos in nomine Geniti, & Ingenti, sed in nomine Patris, & Filij & post multa dicit: Ingentium nondum significare Patris intelligentiam, neque Genitum significare proprium, quia ad omnia genita communem facit intelligentiam. Non enim omne quod generatur, est Filius, quamuis omnis filius sit genitus, & eadem ratione Genitor, seu generans latius patet, quam Pater. Quare tandem concludit, nos non in Genito, & Ingento, sed in Patre & Filio esse baptizatos. Et hoc ipsum videtur innuere Athanasius, serm. 2. contra Arianum, circa medium, cum inquit: Non iussit nos baptizare in nomine Geniti, & Ingenti, sed in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et confirmari potest haec sententia, quia alias sequitur, formam esse validam, etiam si dicatur, in nomine trium personarum, vel in nomine primae, & secundae, & tertiae personae, vel in nomine Genitoris, & imaginis eius seu splendoris gloriae eius, & Doni vel Flamini, & similibus: quia in his omnibus licet verba sint diuersa, tamen re ipsa, & iuxta communem usum idem significant, & easdem diuinas Personas faciunt concipere, & sufficere possunt ad fidem profitendam, & ad Trinitatem inuocandam, vel laudandam. Quae omnia, ut existimo, Caietanus concederet. Videntur tamen valde absurda & contra communem sensum.

Ratio D.
Them.

Epiphanius.

Athanasius.

Confirmatur.

Regula.

In hac re primum existimo certum. Omnem illam mutationem, per quam expressa inuocatio Trinitatis mutatur in implicitam, vel consusam esse contra veritatem, & substantiam huius formae: in quo non censeo probabilem esse opinionem Caietani. Unde si quis dicat: Baptizo te in nomine Trinitatis, forma est insufficientis. Item si dicat: Baptizo te in nomine Trini, & Vni, & in nomine trium Personarum, & in nomine Primae, Secundae, & Tertiae Personae, quia in his omnibus modis, & similibus non satis explicatur mysterium Trinitatis. Nam licet explicetur numerus Personarum, tamen valde confusè, & nullo modo explicantur proprietates personales, nec emanatio vnus personae ab alia. Atque idem censeo, si mutatio fiat in voces omnino approprietas, & non proprias, vel etiam in valde metaphoricis, ut si dicas: In nomine omnipotentis, Sapientis, & Doni seu Flamini: & idem est de similibus, quia talis inuocatio Trinitatis redditur valde obscura, & aliena a com-

muni usu fidelium. Item, quia per illas voces non significatur id, quod est proprium singularum Personarum, quamuis ex usu intelligentium praecipue sapientium contingat per illas voces concipi personas ipsas. Dices, etiam illa vox, Spiritus sanctus, non est propria, sed appropriata tertiae personae: nam in rigore etiam Pater, & Filius, sunt Spiritus, & facti. Respondetur: iam illam vocem esse impositam ad significandam proprietatem tertiae personae: scilicet, spirationem passiuam, quam de formali significat, sub qua ratione haec vox, quae iam a quoque dici potest, non conuenit Patri, aut Filio. Atque ita non est appropriata, sed propria. Ex quibus etiam intelligitur, quando Concilium Florentinum dixit, necessariam esse in hac forma Trinitatis inuocationem: quamuis in cortice verborum generaliter loquatur, tamen re vera ipsum loqui de illa inuocatione, quae est in usu Ecclesiae, quamque paulo antea commemorauerat, veram Baptismi formam assignando: hunc enim sensum & contextus ipse praefert, & ratio ostendit, quia alioqui qualibet inuocatio Trinitatis esset sufficiens, quod falsum esse ostendimus.

Secundo, quando mutatio solum fit in diuersa nomina propria Personarum, manente expressa inuocatione earum, res est magis dubia, & vtriusque probabilis, ut fatentur hic Soto, & alij recentiores expostores Diui Thomae. Aliud autem est in hac re praetere loqui, aliud vero speculatiue. Praetere enim certum est, esse graue peccatum huiusmodi mutationem facere: tum propter verba Christi, & consuetudinem Ecclesiae, tum propter scandalum: tum etiam propterea, quod redditur dubium sacramentum. Nam etiam si demus, Caietani opinionem esse probabilem, est tamen incerta: & si fortasse falsa sit, sacramentum in reerit nullum. Quapropter certum etiam censeo, Baptismum datum sub illa forma: In nomine Genitoris Geniti, &c. iterandum esse saltem sub conditione, quia reuera est valde dubius. At vero speculatiue potest opinio Caietani probabiliter teneri, habet enim fundamenta non parum vrgentia, & apparentia. Nihilominus discendum non est a communi sententia: quae in materia praecipue sacramentorum, multum ponderis habet. Nam tota res pendet ex institutione, quam usus & traditio Ecclesiae declarat: & huiusmodi Ecclesiae sensus ex antiquis Patribus, & sapientibus Doctoribus petendus est. Est ergo valde verisimile, hanc fuisse Christi institutionem, ut simplex professio fidei, quae in Baptismo fit, & omnibus etiam rudioribus & simplicioribus communis esse debet, fieret etiam simplicioribus verbis, & communibus omnibus, & propriis diuinis personis significantibus. Et ideo mutatio in his vocibus, vel omnibus, vel aliqua earum substantialis esse censetur. Ex quo fundamento facile est omnia Caietani argumenta diluere.

ARTICVLVS VII.

Utrum immerio in aqua fit de necessitate Baptismi.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod immerio in aqua, sit de necessitate Baptismi. Ut enim dicitur ad Ephe. capite quarto. Vna fides, vnum Baptisma. Sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. Ergo videtur, quod non possit esse Baptismus, sine immersione.

2. Praeterea, Apostolus dicit, Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem. Sed hoc fit per immersionem, dicit enim Chrysostomus. Super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Sicut in quodam sepulchro in qua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus.